Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. V. De Congregatione Oratorij in Italia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

Visual Library

CAPVT V.

De Congregatione Oratorij in Italia.

CONgregatio Oratorij, quæ eſt ſæcularium, vt vocant, Sacerdotum in cōmuni viuentium, conditorem agnoſcit B. *Philippum Nerium* Florentinum, qui anno ætatis 80. Chriſti 1595. Romæ viuere deſijt. Vitam eius ſcripſit *Antonius Gallonius*, eiuſdem Congregationis presbyter.

Ex eadem Congregatione fuere, *Cæſar Baronius*, Annalium Eccleſiaſticorum conditor, poſtea Cardinalis, *Thomas Bozius*, & alij viri doctrina vitæque integritate clari quàm plurimi.

Præter *Romanum*, exſtant varijs in locis Oratoria conſtructa non pauca, puta *Neapolitanum*, *Septempedanum*, *Anxanum*, *Lucenſe*, *Firmanum*, *Panormitanum* in Sicilia, *Fanenſe*, *Patauinum*, *Vicentinum*, *Ferrarienſe*, *Tononienſe* in diœceſi Geneuēſi apud Allobroges & *Foroiulienſe* in Prouincia apud Francos.

* *
* *
*